



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ras, vel alias poenas Episc. bene visas, ut in  
eisd. decis. in fin.

19 Sunt etiam regulares ꝛ Episcopo sub-  
jecti in observatione dierum festorum,  
quæ in dicecesi sua servanda Episcopus  
præceperit, censurasque & interdicta, ne-  
dum à Sede Apostolica, sed etiam ab Or-  
dinarijs promulgata, mandante Episco-  
po, in eorum ecclesijs publicare, & servare  
debent, c. de h. u. 12. dist. & Concil. Trid.  
c. 12. de reg. & monial. sess. 25. Ritus tamen  
eorundem regularium dictis diebus festis,  
quoad lectiones, Episcopales, Evangelia &  
similia, debent servare; in sacris verò  
lectionibus, & concionibus servari debent  
ab ipsis illa Evangelia, & Epistola, quibus  
clerus secularis utitur pro more, & instituto  
illius ecclesiæ, ut ibi in verbo, servantur.

20 In monasterijs etiam, ꝛ domibus virorum,  
seu mulierum, quibus imminet animarum  
cura personarum secularium, præter eas,  
quæ sunt de illorum monasteriorum, seu  
locorum familia, personarum regulares,  
quam seculares, huiusmodi curam exercentes  
subsunt immediate in ijs, quæ ad dictam  
curam, & sacramentorum administrationem  
pertinent, jurisdictioni, visitationi, &  
correctioni Episcoporum, in quorum dicecesi  
sita sunt.

Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles,  
possunt deputari, nisi de eorundem  
Ordinariorum consensu, & prævio examine  
per eum, & eius Vicarium, ac examinatores  
Synodales faciend. Concil. Trid. c. 11. de  
reg. & mon. ead. sess. 25. & ibi congregatio  
Conc. in decis. 1. ubi notatur in fine, quod  
Clemens VIII. mandavit servari dictum  
decretum, in quo excipiuntur aliqua  
monasteria, & capita ordinum, non obstante  
constitutione Pij Quinti, qua voluit, ut in  
omnibus ecclesijs parochialibus, in quibus  
cura animarum etiam laicorum exercetur,  
habeant Ordinarij facultatem eas ecclesias  
& personas visitandi, & ut supra corrigendi.

Et, ut debitus honor ꝛ matri ecclesiæ  
reddatur, tam regulares, quam clerici  
seculares, etiam super hoc Apostolicæ  
Sedis privilegio muniti, die Sabbati  
majoris hebdomadæ, antequam campana  
Cathedralis, vel majoris ecclesiæ pulsetur,  
campanas in ecclesijs suis pulsare minime  
possunt. Contrafacientes autem poenam  
centum ducatorum incurrunt, ut in  
Bull. Leo. X. in Bull. c. 27. post. med. vers.  
& ut debitus, & ita fuit etiam à sacra  
congregatione Cardinalium sub die 10. Octobr.  
1586. decisum, ut in decis. quæ incipit, lecto,  
vers. Quarto Ordinarij.

## DE SYNODO.

### Cap. IX.

#### S V M M A R I V M.

1 Conciliorum quatuor sunt genera, cur, à  
quibus, & quando sit Provinciale  
Concilium celebrandum.

2 Concilij Provincialis celebrandi loci ad  
Archiepiscopatum spectat electio.

l. 3

Adi



- 3 Ad Concilium Provinciale, qui convenire debeant, & nu. 5. & qui excusentur. 18 Verbum libere importat meram, & absolutam auctoritatem.
- 4 Canonici Cathedralis ecclesie in Concilio Provinciali, quando capitulariter sedent, aut procedunt, Abbates titulares, & Commendatarios precedunt, & Abbates titulares, & habentes usum mitræ procedunt Commendatarios. 19 Præventioni locus est in causis misti fori, & quali sit considerationi præventionne. Citatio realis præponderat verbali, ibidem.
- 5 In Concilio Provinciali quo ordine sit sedendum. 20 Consuetudo maximè est observanda. Dispositio qualibet recipit interpretationem à consuetudine, ibidem.
- 6 Concilij Provincialis decretis, qui obligentur num. 8. 21 Statuti propria virtus est juri communi derogare.
- 7 Procuratores Episcoporum, Abbatum, & Commendatariorum, qualem vocem habere possint in Concilio Provinciali. 22 Res inter alios acta aliis non nocet, ibid. Censuratum relaxatio est prohibita, nisi, postquam constiterit executionem realem, & personalem fieri non posse, quare non, nisi sobrie, & magna cum circumspectione, censura sunt relaxanda.
- 8 Laici vocati Concilio Provinciali interesse possunt, & vocem consultivam habere, & num. 28.
- 9 Episcopi exempti debent eligere Metropolitanum aliquem vicinum, in cuius Synodo Provinciali intersint. 23 Ex communicatione nulla pœna major est in Ecclesia.
- 10 Episcopi negligentes interesse Concilio Provinciali, quam pœnam incurrant. 24 Indefinita dispositio equipollet universali, Concilium generale solus Summus Pontifex indicere, & dirigere potest.
- 11 Archiepiscopus, & Episcopus non convocans Synodum est suspendendus. 26 Laici, quando possint interesse in Concilij ecclesiasticis.
- 12 Diocesana synodus quot annis celebrari debet.
- 13 Diocesana Synodo, quinam interesse teneantur. 27 Lex posterior priori derogat, & plura de familia armata, ibidem.
- Visitare potest Episcopus proximior eas ecclesias, quæ nullius sunt diœcesis, ibidem.
- 14 lo. Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis laudatur. 28 Episcopus habet territorium.
- 15 Episcopus in Synodo diœcesana potest constitutiones facere absque consensu Capituli & Cleri, ab illis tamen consilium requirere debet. 29 Episcopi sunt iudices corporum, & animarum.
- 16 Familiam armatam numquid Episcopi habere possint, lautè disputatur, & in numeris sequentibus. 30 Senatus Pedemontanus dat brachium executoribus Archiepiscopalis Taurinen.
- 17 Episcopus potest in carcerem mittere, & verberibus castigare. 31 Clerici sunt exempti à jurisdictione seculari tempore belli, pestis, & penurie, & Episcopi illis temporibus belli, pestis, & penurie habent potestatem condendi decreta, & edicta pluribus ex causis.

Clerici



- 32 Clerici sunt exempti à jurisdictione seculari à Deo.  
 33 Clerici non tenentur subvenire necessitatibus, vel utilitatibus civitatum, nisi

prius Romano Pontifice consulto, & in urgentibus necessitatibus.

- 34 Bona Ecclesiastica non sunt nostra, sed sunt patrimonium Iesu Christi.

PLURA scripsi de potestate Episcoporum, sed cum ad eos etiam spectet Conciliorum, ac Synodorum convocatio, & celebratio, de Concilijs, Synodisque breviter hoc loco differendum duxi, † Conciliorum quatuor sunt genera. Quædam enim sunt generalia, quædam nationalia, quædam provincialia, & quædam diocæsana, de quibus per Card. Bellarm. in 4. controv. gen. tom. 1. l. 1. cap. 4. in princip. Generalia dicuntur ea, quibus interesse possunt, & debent Episcopi totius orbis, nisi legitime impediantur, & quibus nemo recte præsidet, nisi Summus Pontifex, aut alius ejus nomine, & de quibus ante Card. Bellarm. diffuse scripserunt Card. Jacob. in tract. de conc. tract. tom. 13. Nationalia dicuntur, in quibus conveniunt Archiepisc. & Episc. unius Regni, vel nationis, quibus præest aliquis Patriarcha, vel Primas, de quibus per Bellarm. loco supra citato. Provincialia verò dicuntur in quibus conveniant tantum Episcopi unius Provinciæ, quibus præest Archiepisc. Diocæsana autem sunt, in quibus conveniunt Episcopis inferiores unius Episcopatus, quibus Episc. præest, quæ tamen vix dici possunt concilia, ut per eundem Bellarm. eod. cap. 4. qui in d. lib. 1. de concilijs generalibus, & nationalibus diffuse tractat, ad quem remissis lectorem sufficiat.

Concilia Provincialia, ubi omissa sunt, pro moderandis moribus corrigendis excessibus, controversijs componendis, alijs

que ex sacris canonibus permissis renovandis, Metropol. per ipsos, seu illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Resurrectionis Domini N. Iesu Christi, seu alio commodiore tempore, in Provincia sua debent celebrare. Conc. Trid. in cap. 2. de reform. sess. 24. † Ad Archiep. spectat electio loci celebrandæ Synodi Provincialis, tamen cessantibus justis impedimentis, & accedentibus commoditatibus necessarijs, Metropolitana ecclesia non est relinquenda, Congregatio Conc. super eod. cap. 2. §. 1. ibi Synodum.

Metropolitanus autem, qui ex aliqua causa Concilium ad præscriptum tempus celebrare non potest, à Summo Pontifice dispensare solet, ut in eisdem decis. congreg. Conc. super eod. cap. 2. sub tit. Cæsar-Augustanæ. In eod. verò concilio † Episcopi omnes, & alij, qui de jure, vel consuetudine interesse debent exceptis ijs, quibus cum imminente periculo transfretandum esset, convenire omnino tenentur, ut d. cap. 2. & cap. 2. de reform. sess. 25. circa princip. & etiam ex dispositione antiquorum canonum erant concilia celebranda, cap. de concilijs, cap. propter ecclesiasticas, cap. pervenit, & c. quoniam quidem. 18. dis.

In concilijs † Provincialibus Commendatarij Monasteriorum, vel Abbatiarum inter Abbates sunt recipiendi, & canonici cathedralis ecclesiæ sunt illis præferendi, quando capitulariter procedunt, aut sedent, quia Ecclesiam repræsentant, & post